

MATERNAL HEART of MARY

Traditional Latin Mass Parish, Lewisham

PROPER of the MASS

Ss PHILIP & JAMES

May 11

II Esdras 9: 27 INTROIT

CLAMAVÉRUNT ad te, Dómine, in témpore afflictiónis suæ, et tu de coelo exaudísti eos, allelúia, allelúia. *Ps. 32: 1.* Exsultá te, justí, in Dómino: rectos decet collaudá tio. V. Gloria Patri.

In the time of their tribulation they cried to Thee O Lord, and Thou heardest them from heaven, alleluia, alleluia. *Ps.* Rejoice in the Lord, ye just: praise becometh the upright. V. Glory be to the Father.

COLLECT

DEUS, qui nos ánnua Apostolórum tuórum Philíppi et Jacóbi solemnitáte lætíficas: præsta, quæsumus; ut, quorum gaudémus méritis, instruámur exémplic. Per Dominum.

O God, Who dost gladden us with the annual solemnity of Thine apostles, Philip and James, grant, we beseech Thee, that we may learn from the examples of those in whose merits we rejoice. Through the same Lord.

Wisdom 5. 1-5 EPISTLE

STABUNT justí in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt, et qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, et mirabuntur in subitaneitate insperatae salutis, dicentes intra se, pœnitentiam agentes, et prae angustia spiritus gementes: Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, et in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam, et finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter Sanctos sors illorum est.

Then shall the just stand with great constancy against those that have afflicted them and taken away their labours. These seeing it, shall be troubled with terrible fear, and shall be amazed at the suddenness of their unexpected salvation, saying within themselves, repenting, and groaning for anguish of spirit: These are they whom we had some time in derision and for a parable of reproach. We fools esteemed their life madness and their end without honour; behold how they are numbered among the children of God, and their lot is among the Saints.

ALLELÚIA, alleluia. V. Confitebuntur caeli mirabilia tua, Dómine: etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum.

John 14. 9

Alleluia. Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me? Philippe, qui vide Me, videt et Patrem Meum. Alleluia.

John 14: 1-13

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, et in me credite. In domo Patris mei mansiones multae sunt. Si quo minus dixissem vobis: Quia vado parare vobis locum. Et si abiero, et preparavero vobis locum: iterum venio, et accipiam vos ad meipsum, ut ubi sum ego, et vos sitis. Et quo ego vado scitis, et viam scitis. Dicit ei Thomas: Dómine, nescimus quo vadis: et quomodo possumus viam scire? Dicit ei Jesus: Ego sum via, veritas, et vita; nemo venit ad Patrem, nisi per me. Si cognovissetis me, et Patrem meum utique cognovissetis: et amodo cognoscetis eum, et vidistis eum. Dicit ei Philippus: Dómine, ostende nobis Patrem, et sufficit nobis. Dicit ei Jesus: Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me? Philippe, qui videt me, videt et Patrem. Quomodo tu dicis: Ostende nobis Patrem? Non creditis, quia ego in Patre, et Pater in Me est? Verba, quae ego loquor vobis, a meipso non loquor. Pater autem in Me manens, ipse facit opera. Non creditis, quia ego in Patre, et Pater in Me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Amen, amen dico vobis, qui credit in Me, opera quae ego facio, et ipse faciet, et maiora horum faciet: quia ego ad Patrem vado. Et quodcumque petieritis Patrem in nomine Meo, hoc faciam.

Alleluia, alleluia. V. The heavens shall confess Thy wonders, O Lord; and Thy truth in the Church of the saints.

ALLELUIA

Alleluia. So long a time have I been with you, and have you not known Me? Philip, he that seeth me, seeth My Father also. Alleluia.

GOSPEL

At that time Jesus said to His disciples: Let not your heart be troubled: you believe in God, believe also in Me. In My Father's house there are many mansions. If not, I would have told you, that I go to prepare a place for you. And if I shall go and prepare a place for you, I will come again and will take you to Myself, that where I am you also may be. And whither I go you know, and the way you know. Thomas saith to Him, Lord, we know not whither Thou goest; and how can we know the way? Jesus saith to him, I am the way, and the truth, and the life. No man cometh to the Father, but by Me. If you had known Me, you would without doubt have known My Father also: and from henceforth you shall know Him; and you have seen Him. Philip saith to Him: Lord, show us the Father, and it is enough for us. Jesus saith to him: So long a time have I been with you, and have you not known Me? Philip, he that seeth Me, seeth the Father also. How sayest thou, show us the Father? Do you not believe that I am in the Father, and the Father in Me? The words that I speak to you, I speak not of Myself. But the Father Who abideth in Me, He doeth the works. Believe you not that I am in the Father, and the Father in Me? Otherwise, believe for the very works' sake. Amen, amen, I say to you, he that believeth in Me, the works that I do, he also shall do; and greater than these shall he do. Because I go to the Father: and whatsoever you shall ask the Father in My name, that will I do.

CONFITEBUNTUR Caeli mirabilia tua, Dómine, et veritatem tuam in ecclesia sanctorum, alleluia, alleluia.

The Heavens shall confess Thy wonders, O Lord, and Thy truth in the church of the saints, alleluia, alleluia.

SECRET

MÚNERA, Dómine, quae pro Apostolorum tuorum Philippi et Jacobi solemnitate deferimus, propitius suscipe: et mala omnia, quae meremur, averte. Per Dominum.

Graciously receive O Lord, the offerings which we bring for the feast of Thine Apostles Philip and James, and turn aside ail the evils which we deserve. Through our Lord.

PREFACE OF THE APOSTLES

VERE dignum et justum est, æquum et salutare. Te Domine suppliciter exorare, ut gregem tuum, pastor æterne, non deseras: sed per beatos Apostolos tuos continua protectione custodias. Ut iisdem rectoribus gubernetur, quos operis tui vicarios eidem contulisti præesse pastores. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia caelestis exercitus, hymnum gloriae tuae canimus, sine fine dicentes:

It is truly meet and just, right and for our salvation, to entreat Thee humbly, O Lord, that Thou wouldst not desert Thy flock, O everlasting Shepherd; but through Thy blessed Apostles, wouldst keep it under Thy constant protection; that it may be governed by those same rulers, whom as vicars of Thy work, Thou didst set over it to be its pastors. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

John 14: 9-10

COMMUNION

TANTO tempore vobiscum sum, et non cognovistis me? Philippe, qui videt me, videt et Patrem meum, alleluia: non credis, quia ego in Patre, et Pater in me est? Alleluia, alleluia.

So long a time have I been with you, and have you not known Me? Philip, he that seeth Me; seeth My Father also, alleluia: believest thou not that I am in the Father, and the Father in Me? alleluia, alleluia.

POSTCOMMUNION

QUÆSUMUS, Dómine, salutáribus repléti mysténis. ut, quorum solémnia celebrámus, eórum oratió nibus adjuvémur. Per Dominum.

Filled with the mysteries of salvation, we beseech Thee, O Lord, that we may be assisted by the prayers of those whose feast we celebrate. Through the Lord.